

Unde et adiuramus et obtestamur per terribilem nomen Dei omnipotentis omnes successores nostros, ut, quod pro amore celestis patris et exemplum boni operis et augmentum sancte congregationis devota mente concessimus, nullus unquam audeat violare. Et qui contempserit et contra hec precepti seriem ambulare voluerit, primitus in Dei omnipotentis iram incidat et a congregatione sanctorum separari valeat et pars eius sit cum Iuda traditore domini nostri Iesu Christi et lepram Naam Siri incurrat super eum et sententia patiatur, sicut in centesimo octavo psalmo legitur. Quam vero preceptionis et largietatis nostre cartulam Dimittrio tribuno notario nostro (nostre capelle primicerium) scribere precipimus, ubi et manibus nostris nos et plures subscripsimus et signum sancte crucis fecimus. Et hic largietas stabilis permaneat. In mense et indictione suprascripta. Feliciter.

+ Fortunatus, misericordia Dei patriarcha, in hac largietatis cartula, sicut superius legitur, manu mea subscripsi.

+ Agnellus, dux [Venetiarum], in hac larg. cartula, sicut superius legitur, manu mea subscripsi.

+ Iustinianus, dux Venetiarum, in hac larg. cartula, sicut superius legitur, manu mea subscripsi.

+ Christophorus, Dei gratia episcopus, in hac larg. cartula, sicut superius legitur, manu mea subscripsi.

+ Petrus, peccator, presbiter serviens monasterii beati Georgii, in hac larg. cartula manu mea subscripsi.

+ Iohannaci tribunus in hac larg. cartula manu mea subscripsi.

+ Valentinus in hac larg. cartula manu mea subscripsi.

+ Leonianus Talonicus in hac larg. cartula manu mea subscripsi.

+ Savinus Talonicus in hac larg. cartula manu mea subscripsi.

+ Stephanus Talonicus in hac larg. cartula manu mea subscripsi.

+ Bonus Clementius in hac larg. cartula manu mea subscripsi.